

## Secundus de Anima

potentia passiva contrariorum et posse sanari et infirmari. Secundodicitur quod quando ignis calefacit et desiccat hoc est per diuersam potentiam sicut quando animal vult et intelligit sed queritur an superficies per duas potentias recipiat calorem et frigiditatem. Quidam dicit quod potentia ad caliditatem est ipsa caliditas sed melius dicitur quod est aliud distinctum et unius sicut est potentia eadem ad oes colores sed cum potentia et actus repertantur in quo liber genero oportet quod in predicamento quantitas sit potentia queritur ergo an illa distinguitur a suo videtur quod sic quia potentie distinguntur per actus. Ad aliud dicitur quod non omnis per se differentia obiecti diversificat potentiam nisi sit per se differentia obiecti ut obiectum est vel dicitur quod solum exterior est particularis. Et ideo non potest ferri in communem ratione qualitatis sensibilis.

**A**d quintum dicitur quod pes hominis non habet potentiam visibilitatis vel organum licet sit essentia littera eiusdem speciei. Sed tunc queritur ubi est subiective visibilitas. Non in anima cum non sit intellectus vel voluntas. Ad aliud dicitur quod differentiae potentiarum sunt diuersae per diuersos actus. Si dicatur differentia potentie est in predicamento ab soluto ergo nullomodo dicit relationem. Non vallet consequentia.

**A**d sextum dicitur quod unum videtur per aliud. Et aliquid est eadem visio specie et numero albii et nigri ut dicit **S. Thomas**. in. 3. sed hoc exposuit in logica quando enim successivae videntur tunc differunt species ut expresse dicit. s.t. de malo. q. 2. ar. 4. Unde Rotandum secundum **S. Thomas**. de re. q. 15. ar. 2. ad. 12. quod. 3. modis in actibus anime diuersitas inveniri. Primo. Secundum fortitudinem ut credere. Secundo. secundum velocitatem. Tertio secundum habitum et privationem ut quiescere et moueri. 4. secundum comparationem ad contraria eiusdem generis ut sentire album et nigrum. quanto quando actus est diuersorum generum ut apprehendere et moueri diuersitas igitur primi et secundi modi non iudicat diuersitatem potentiarum nec diuersitas tertii et quarti sed tantum quinti ut dicamus actus genere diuersos qui in ratione obiectum conueniunt. Et ideo licet videre album et nigrum successivae species distinguenter adhuc tamen est unus visus.

Sed verum omnes intellectus angelorum habeant idem obiectum et per consequens intellectus eiusdem speciei. Dicendum quod non. Sed verum sicut dicimus potentias distinguunt per actum. An debet autem dici distinguunt per habitum vel per obiecta.

Item cum potentie sint forme simplices an debet dici quod sepsis distinguuntur. Item quecumque conueniunt in uno tertio conueniunt inter se sed omnes conueniunt in uno tertio scilicet in anima ergo non distinguuntur inter se. Hoc dicit quod non identificantur ipsi anime. Contra illa sunt idee que simul gignantur sed sic est de anima et voluntate eius. Dicendum quod non quod potentia non importat ordinem ad habitum nisi forte et consequenti. Et ita dicatur de obiecto de alio dicitur quod forma que speciem sortiuntur ab aliquo extrinseco ad quod ordinem habeat non debent dici distinguuntur sepsis sed per extrinseca.

Secus autem est de aliis i. **anctus thomas** questi. de anima. ar. 13. ad. 5.

**A**d septimum. Ad aliud dicit **s. thomas** opus. quod omnes forme sunt eiusdem generis et ideo

est eadem potentia. Sed contra corruptibile et incorruptibile genere differunt ergo anima rationalis non est eiusdem generis cum aliis formis: negatur consequentia ut patet de luce que est in sole et in aere que pertinet ad unam potentiam immobilem. Sed contra materia est in potentia naturali ad altes formas non autem est in potentia naturali ad animam rationalem alias per agens naturale posset anima produci quia potentie passive naturali respondet potentia activa forte dicens quod ibi sunt due potentie. Queritur tunc quae res sunt ille potentie si sunt accidentia sequitur quod accidens procedit formam substantiam quia potentie procedit actu in eodem. Dicendum quod potentia est ipsa materia et anima sicut ab agente naturali dispositiva.

**A**d octavum pater ex dictis nec omne diversificans actum sufficit diversificare habitum ut dicit. s.t. in. q. de virtutibus cardinalibus quia potentia est magis universalis et altior et ideo in plura potest esse unus actus et ita dicitur de habitu quia presentem inclinat ad noticiam quod est intuitiva et re absente ad noticiam abstractuam.

**A**d nonum p. et dicit et ad decimum dicit quod principia cognoscendi a priori sunt etiam principia esse dividenda hinc que non sortiuntur speciem ab extrinseco. Dicatur etiam quod actus est causa finalis potentie licet potentia sit causa efficiens eius. Sed contra tunc idem esset realiter causa supervenientis quia quid est causa cause est causa causati: si ergo actus est causa potentie et potentia est causa actus sequitur quod actus sit causa supervenientis quia est causatus a suo effectu dicendum quod illa regula non est vera quando mutatur genus cause.

**A**rea hec queritur quoniam. **P. 2. 10.** An sint 5. genera potentiarum et. Secundo an sint tres partes vegetative. 3. An visus sit potentia passiva. 4. an sint quinque sensibilia communia. Quinto an color sit obiectum visus.

**A**lterum sic proceditur videtur quod non sint quinque genera potentiarum ante me scilicet vegetativum sensitivum appetitivum secundum locum motum et intellectum quia vegetativus est ipsa anima ergo non est potentia eius. Sed contra est philosophus.

**R**espondeo dicendum secundum secundum s.t. 1. par. q. 70. ar. 1. q. 5. sunt genera potentiarum et tres sunt anime scilicet vegetativa sensitiva et intellectiva. Et quatuor sunt modi vivendi scilicet vegetativum sensitivum secundum locum motum et intellectum. Appetitivum autem non constituit aliquem gradum viventium quod in quibuscumque est sensus est etiam appetitus. Primum probatur quia potentie distinguuntur per obiecta modo sunt. 5. genera obiectorum. Primum est corpus anime unitum. Et circa hoc est potentia vegetativa que agit in corpore. Secundum est obiectum sensibile. Et circa hoc est sensus. tertium est ens universale. Et circa hoc est intellectus. quartum est bonum. Et circa hoc est appetitivus. quintus est terminus operationis. Et circa hoc ponatur potentia motiva secundum locum. Et evocantur iste potentie partes praeterea aie ad similitudinem politie secundum albertum. Cum enim dico regnum dico quandam potestatem quam componunt multe potestates particulares que tamen omnes fluunt ex regno in quo